



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. An & quando teneatur depositarius ad præstandum dolum, vel culpam, vel casum fortuitum, si res deposita apud ipsum periit, vel deterior facta est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

TITVLVS XVI.

DE DEPOSITO.

§. I.

Quid sit depositum, & an depositarius uti possit re deposita?

Depositum nonnunquam idem dicitur ac rem, quæ alicui custodienda data fuit, prout verò dicitur contractum, definiti potest, quod sit contractus, quo aliquid alicui custodiendum traditur, sine mercede, ut integrum restituatur; quæ verba satis etiam indicant, quomodo depositum ab aliis contractibus differat, in quibus, vel dominium transfertur in accipientem, uti fit in mutuo v.g. vel usus tantum transfertur, uti fit in commodato &c. vel non gratuito, sed pro mercede opera aliqua præstatur, uti fit in locatione &c. vel in cautionem, & securitatem res aliqua datur, uti fit in pignore &c.

Ordinarie autem, & regulariter uti non potest depositarius re deposita, absque expresso, vel tacito illius consensu, qui res deposuit; quia in deposito propriè dicto non conceditur usus rei, sed custodia tantum requiritur, nisi bonâ fide existimet ille, qui depositum accepit, Dominum rei non fore invitum, si re deposita nonnunquam utatur; vel si pecuniam numeratam, non tamen clausam, aut signatam deposuerit, quo in casu depositarius (si tamen non potius mu-

tuatarius dici debeat) tenetur tantam pecuniam repetenti solvere, quantum accepit.

§. II.

An & quando teneatur depositarius ad præstandum dolum, vel casum fortuitum, si res deposita apud ipsum perit, vel deterior facta est.

In genere loquendo non tenetur depositarius, nisi de dolo, & levitate quæ dolo æquiparatur in iure, & hoc præsumptus dicitur. c. 2. bonæ fidei. Ita ut non valeat pactum in hoc contractu depositi, de dolo non præstari quia tale pactum est contra bonam fidem, & dat peccandi licentiam. Si autem asserat, depositum casu fortuito perit, vel culpam etiam aliquam in eo præstitisse intervenisse fateatur quidem, tamen levem, vel levissimam existimari probare hoc tenetur, nisi notorie constet, ut ne paratur scilicet bonæ fides, quæ in deposito observari debet.

Sunt tamen casus, in quibus etiam de culpa levi saltem, tenetur depositarius ex sententia multorum, primò quod seipsum ad recipiendum depositum contulit; hic enim ultro se offerens ad res

jorem diligentiam obligari censetur, quam quibus alia deposita creduntur. Secundo si mercedem depositarius pro custodia accipiat, cum contractus hic in naturam locationis transire censetur, in utriusque, dantis, & accipientis commodum, ubi culpa levis præstanda est. Tertio si expressè convenum sit, ut culpa etiam levis præstetur, ad quod potest volens se obligare depositarius, sicuti etiam ad casum fortuitum præstandum, cum neutra obligatio sit contra naturam depositi.

§. III.

An dominus semper pro libitu possit repetere rem depositam; Et an in deposito locum habere possit compensatio?

Ad primum *re.* posse deponentem, rem depositam statim, quando-cunque placuerit, repetere, & depositarium debere illam per se reddere. *c. 2. §. sane b. t.* hoc enim natura depositi permittit, & exigit, etiamsi tempus certum constitutum esset, quod tamen depositarius (cæteris paribus) non tenetur observare, cum in deposito, in gratiam deponentis, factio, semper prævaleat deponentis arbitrium, nisi ex restitutione prudenter timeretur securum alteri, aut repetenti damnum Spirituale, aut temporale, ad quod avertendum, ex charitate saltem obligaretur aliquis; aut bona repetentis Fisco addita fuissent, ut probabilis docet; aut cum Domino respetente fur concurrat, quo in casu

Compoud, Pirbing.

non furi, sed Domino restituenda res deposita esset &c.

Ad secundum re. non posse depositarium compensare sibi per rem depositam aliud à deponente factum apud se debitum, sed debere depositum restituere; si repetat illud deponens, quamvis deponens ex alio capite tantum ipsi debeat quantum apud eum deposuit, ita ut compensatio in deposito locum non habeat, juxta *cit. cap. 2. §. sane b. t.* ob abundantiam bonæ fidei, quæ in deposito observari debet, ita ut nec deductio locum habeat in deposito, aut si uterque depositum ab altero teneat, depositi, cum deposito compensatio; sed cuius repetenti integrum suum depositum reddi debeat; Probabile tamen est in foro conscientiæ etiam in deposito locum habere compensationem, si alia, quæ ad compensationem faciendam necessaria sunt, interveniant.

§. IV.

An si res aliqua penes Clericum, v. g. Canonicum, aut Religiosum sit deposita, ex dolo vel lata culpa illius sit perditæ, Ecclesia, vel Monasterium obligetur ad resarciendum damnum?

Respondetur non obligari in tali casu monasterium, aut Ecclesiam, quamvis cum consensu Prælati sui, aut sui Superioris, depositum tale Religiosus, aut Canonicus acceperit, vel ipse Prælati etiam, absque consensu tamen sui Capituli, nisi quatenus ad Ecclesiam, vel monasterium pervenerit, aut

Q99 in